



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

XVI. Argumentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

uero, tamen dilectio non est causa seu meritum remissionis peccatorum, seu iustificationis, seu reconciliationis. Vt, verissime est: Qui non mouetur, non uiuit, nec ramen sequitur, motum carnis esse uitam, sed uita est immediata causa motus: Ita fides a quibusdam misericordiam Dei propositam propter mediatorem, ostendit humanitatem Dei, qua cognita accenditur dilectio Dei, & cor subijcit se Deo. Hæc responsio ad similia dicta congruit. Si omnem fidem habeam, dilectionem autem non habeam, nihil sum. Concedo totum. Quia uero est, oportere in reconciliato fidem & dilectionem esse, sed non sequitur, dilectionem esse causam seu meritum reconciliationis.

XVI. ARGUMENTVM.

Naturalia sunt immutabilia,

Dubitatio de reconciliatio est naturalis, ut nunc quidem nascimur,

Ergo est immutabilis.

RESPONDEO Concedo esse immutabilem in hac deputatione, sine uoce Euangelij & sine auxilio diuino, sicut Adam non solum in dubitatione mansisset, sed etiam oppressus esset ætæna desperatione, si promissio gratiæ non prolata esset ex sinu uentris patris, & per uerbum Deus flexisset cor Spiritu sancto ad ascensionem, & sic in illa consolatione filius uoce Euangelij primos parentes retraxisset ex morte. Hoc exemplum intueamur, quod ostendit quomodo fiat hæc consolatio & liberatio à dubitatione, & docet promissionem Euangelij non esse natura notam, & discernendam esse à lege & ab alijs naturalibus noticijs.

XVII. ARGUMENTVM.

Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum,

Ergo propter dilectionem fit remissio.

RESPONDEO Duplex est Absolutio. Altera priuata conscientie luctantis cum ira Dei. In hac absolute necessesse est intelligi, quod fide accipiatur remissio, non propter nostras uirtutes. Ita & hic inquit Dominus: Fides tua saluam te fecit. Nec nititur fides dilectione nostra, sed tantum misericordia promissa propter meditationem. Nec existere dilectio potest, nisi sit apprehensa remissio. Hoc pertinet dictum: Hæc omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod uos fieri per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Alia est absolutio publica coram Ecclesia. In hac conspici nec esse est ab illis testimonio conuersionis, ut hic Christus Pharisæo ostendit, ut eam recipiat, quia extant testimonia conuersionis. Si cuius absolutio non placet, utatur altera: Vstratæ sunt Synedochæ, Remittuntur ei multa, quia conuersa est. Et tamen synecdoche explicanda est. Cum multæ sint partes conuersionis, contritio, fides, dilectio, spes,